

FBPID.



Flu. 8. EB 41

34

179

XVII, 29.

beme

h

17/10



bemerkt zum Tite

As

hier nur
vermutlich
wellech
den d

Das Alende

17/6.15.

Ex
hu

Heres Zettel
schon auch
herber!
Des Topf ist ein
Teil von
N^o 2657 I

Pharburg: [Johann
Herwagen d Ä.] 1523.

28.6.63.

Dk.



Die Universitätsbibliothek in HALLE

92

Melancthon, Phil.

bemerkt zum Titel (folgen die Ordnungswörter)

Annotationes

Tüb. 1523.

hier nur 138 Bl. und Douce nicht ersichtlich.

vermutlich
vielleicht fehlt hier das letzte Blatt, das vielleicht

den Douce angibt? !!

ja! Si

Das fehlende Bl. 139 liegt auf der 1. Seite des Impressum:

17/6. 15.

Excursus Tüb. // gae, apud Kul. // Juridicum Mor-
hardum. Anno // M. D. XXIII // Mense Julio. // Si.

Jr.

Woes Zetal
schon wach
hinter!
Des Teils ist ein
Teil von
Op 2657 I

Pharaburg: [Johann
Herragen d Ä.] 1523.

28. 6. 63.

Dk.

Flu. 8. EB 11

24

XVII, 29




POSTILLATIO IO
HANNIS BVGEN-
HAGII POMERANI
Episcopi Vuittenbergensis
in Euangelia, vsui tempor-
& sanctorum totius anni ser-
uientia. Ad preces GEO R-
GII SPALATINI

Ducalis Sacellani

scripta,

Habeshic & concionū &
meditationū copiosissimā
sylvam, quisquis es, cui
cordi est pietas.



IN DIE PASCHAE.

Euangelion Marci ultimo.

Valde mane vna sabbatorum &c.

1 Hic de fructu resurrectionis dicendum est, quod ipsius resurrectio, sit nostra iustificatio. 1. Cori. 15. Rom. 4. & 6. cap. Et quod cernentes eum resurrexisse nostram fidem confirmant, O mors ero mors tua &c.

2 Hec ratio humana non credit, ideo eunt emptum aromata, vincturę corpus.

3 Omnia fiunt a mulieribus humano more, & ideo exprobrat eis incredulitatem.

SECUNDA FERIA PASCHAE.

Euangelion Luce ultimo.

Duo ex illis ibant &c.

1 Sic sumus omnes affecti, ut isti duo discipuli, si nobis relinquimur, dum in malum presens respicimus, non in dei verbum, quę est diffidentia. O stulti & tardi corde ad credendum.

2 Reuocati ad verbum, ardentius quidem accendimur interpretatione, Sed tamē primum cognoscimus CHRISTVM, cum frangit nobis panem sui verbi, singulorum cordibus ipse doctor apponit.

3 Verbum dei accendit cor fide, fides producit charitatem, quę cogens etiam dicit, Mane nobiscum domine &c.

TERTIA FERIA PASCHAE.

Euangelion, Luce. xxiiiij.

Sterit IESVS in medio &c.

1 Pax vobis, ego sum, nolite timere, Hic est fructus passionis et resurrectionis CHRISTI, pax nostra, cognitio CHRISTI, fiducia &c.

2 Nemo desperet quod non satis fidat, Christus dicit, Nolite timere &c. Ipsi vero contra turbant.

3 Hanc infirmitatem, vt alia, fert in suis Christus et releuat, verbo et signis, sicut adhuc Euangelio et sacramentis facit.

4 Scriptura testatur de Christo morituro et resurrecturo, fructum vero predicationis spiritualis vite, et resurrectionis peccatorum in omnes gentes per nomen ipsius, et per nihil aliud esse.

QUARTA FERIA PASCHAE.

Euangelion Iohannis. xxi.

Manifestauit se iterum IESVS &c.

1 Labore et sudore vultus vult nos viuere dominus, iccirco talibus apparet, non phariseis in templo.

2 Officij charitatis vult cognosci dominus 2. petri i. satragite &c. viuentibus sibi absconditur.

3 Allegoria, Nocte nihil prenditur Christo. i. predicatione legis et operum. Paulus. Nox precessit. Mane. i. cum ceperint corda nostra spiritu reuelari, apparet quidem, sed verbo cognoscitur esse dominus et triumphator legis, peccati, mors

Ro. 13

tis et inferorum.

4 Eadem est fides sanctorum, non eadem opera omnes enim veniunt ad Christum, sed alius pedes alius nauigio &c.

5 Attende quod omnes per tribulationes veniunt, quæ aquæ dicuntur in scripturis. Psalm. Quoniam intraverunt aquæ, usq; ad animam meam. Psal. 68

IN OCTAVA PASCHAE.

Euangelion Iohannis xx.

Cum sero esset factum &c.

1 Defectus fidei in discipulis. Metuunt (vt omnes quotquot non sunt spiritu confirmati) et præterea Thomas non credit.

2 Sine manifestis signis non credunt, sed beati q non viderunt et crediderunt.

3 Signa vnde ipse cognoscatur ostendit. In tribulatione et cruce discas CHRISTVM.

4 Pax nostra est fructus resurrectionis.

5 Sicut Christus missus est, ita et nos mittimur. Nemo ergo speret sine cruce glorificari.

6 Potestatem ligandi et soluendi habent vere christiani, i. in quibus est Christi spiritus.

7 Hæc autem scripta sunt &c. Hic vides quæ scripsit Iohannes satis esse ad fidem, et vbi fides sit, illic esse vitam per mortem Christi, vana est ergo doctrina quæ non est Evangelica, A iij

DOMINICA MISERICORDIAS
DOMINI. Euangelion Iohannis x.

Ego sum pastor bonus &c.

Ioan. 21

1 Christus solus pastor est, Pascit autem verbo sicut dicit Petro, vt credant; vt viuant, alia sunt venenum.

2 Christus sollicitus excubat pro ouibus suis, consolatio magna, de qua loquuntur prophete.

3 Christus vt solus pastor est, ita solus nouit qui sunt sui, quem oues in verbo cognoscunt.

4 Vna quidem vox est, i. verbum Christi, sed diuersa vocatio, vocat enim nominatim, hunc sic, alium aliter.

Ioan. 18

5 Traditiones humanas hic pastor non nouit, cuius regnum non est de hoc mundo.

6 Qui sua querunt, in tentatione non persistent, dum frustrantur, eo quod quesierant.

DOMINICA IUBILATE.

Euangelion Iohannis XVI.

Modicum etiam non videbitis me.

1 Fides vera tentatione probatur, Tunc enina videtur Christus adesse.

2 Amarior sit tentatio, qd' deus aduersarijs videtur fauere, mundus gaudebit, &c.

3 Consolatio ex verbo, Fidelium tristitia temporaria est, letitia eterna, Infidelium gaudiū temporarium, tristitia eterna.

4 In omni tribulatione et aduersis solemur nos
hac similitudine, Mulier cum parit tristitiā habet.

DOMINICA CANTATE.

Euangelion Iohannis XVI.

Vado ad eum qui me misit.

1 Christi regnum est spirituale, non externa ad-
ministratio, ergo fiduciam carnis aufert, vt spiri-
tu possit regnare in cordibus credentium.

2 Caro vult sine cruce glorificari.

3 Spiritus sanctus arguet mundum, i. omnia no-
stra mortificat et damnat, pctm̄, iustitiā, iudiciū.

4 Ergo sine spiritu, nobis nostra placent, et ma-
nemus in damnatione, quacunque sanctitate et sa-
pientia videamur aliquid esse.

5 Spiritus docet omnia quę scire oportet, profes-
sio non alia q̄ quę Christus docuit. Docuit Chrē
stus, sed verbum sine spiritu non intelligitur. Sug-
geret &c.

Nota

6 De peccato quia non credit &c. Ergo sola in-
credulitas vere peccatum est, reliqua sunt huius
radicis fructus.

7 De iustitia, quia ad patrem vado &c. Regnū
non externum auspiciaturus. Et iam non videbitis
me et̄. quia regnum meum non est de hoc mundo
vt confundatur totus mundus, per spiritum, qđ
mundus ponit iustitiam in externis.

8 De iudicio et̄. Quod mundus non iudicat et̄

condemnat, sed probat sathanam iam iudicatum
i. cuius regnum iam iudicatum est, errore detecto

**DOMINICA VOCEM IOCVN-
DITATIS.** Euangelion Iohan. xvi.

Quicquid petieritis patrem &c.

1 Promissio. Non solum promittit, sed et iurat
nos exaudiendos, sed per se mediatorē, sacerdotē.

2 Petendum autem hoc, vt habeamus pacem
per fidem Rom. v. quod est gaudium plenum.

3 Hęc in prouerbijis &c. Haftenus meū verbū
non potuistis capere, omnia videbātur vobis esse
prouerbia, et obscura quędam. Venit tempus vt
cum dederō spiritum, quando per spiritum meum
palam loquar. i. aperte in cordibus vestris ea quę
patris mei sunt. Summa, sine spiritu nō intelligitur

Nota. verbū. In illo die s. accepto spiritu. Ecce nūc
palam loqueris et c. pręsumptio est, non intelligens
rium verbum.

IN DIE ASCENSIONIS.

Euangelion Marci vltimo.

Discumbentibus vndecim &c.

Euangelion hoc exponunt contra Euangelij hi-
storiam, in quo quidam offensi, putant quędam
non scripta a Marco, sed error est et indiligentia.
Marcus scribit summam illorum quę gesta sunt,
a resurrectione vsq; ad inuulgatum mundo euang-
gelium. Nouissime, non in die Ascensionis, sed in

vespera diei resurrectionis post apparitionem in
Emaus, Lucę xxiiiij. Iohan. xx. Et dixit eis, alio die
in monte Galileę, Euntes in mundum &c. Matth.
ultimo. Et dominus quidem Iesus postq̄ locutus
est eis. s. die quadragesimo, Act. i. Illi autem profes
sti sunt. s. post acceptum spiritum &c.

1 Fidei tarditas et imperfectio in sanctis, est nos
bis magno solatio.

2 Prędicare Euangelion: non aliud, omni crea
ture, nō solū Iudeis, sed et gētibus, principibus et c̄

3 Euangelion audire vanū est nisi credas, oportet
esse Theodidaetos

Esa. 52

4 Ad infidelitatem relaberis, nisi iugiter baptise
ris igni et spiritu sancto. s. vsq; ad nouissimū diem.

5 Signa ad infidelitatem data sunt, vt per hęc
ostenderetur mundo, hoc esse verbum dei quod
prędicatur, domino inquit cooperante et c̄.

6 Signa facta sunt, et iam beatificamus dei apo
stolos, ergo non opus est signis, vt sciarnus eorū
verbum esse dei.

7 Sed audimus, habent Mosen et prophetas, ha
bent Christum et Apostolos, illos audiant.

8 In spiritu tamen hęc omnia signa fiunt, vsque
ad consumationē mundi. Euangelio enī estur prins
ceps tenebrarum cum suis serpentibus Gen. 3. cap.
Noua confessio auditur in conuersis, Et si quid in
fidelitatis nobis iciderit, protinus verbo fugabiē

3

vt discamus non fidere nobis. Et præterea credentes aliorum infirmitatibus et compatiētur, et medebuntur.

9 Christus visibilem speciem hinc abstulit (sic enim expediebat) vt doceret regnum suum nō esse in elementis mundi huius. Coloss. 3. Si consurrexistis cum Christo &c. vt s. regnaret in cordibus credentium, & sacerdos esset in æternum apud patrem pro nobis.

DOMINICA EXAUDI.

Euangelion Iohan. XV.

1 Spiritus veritatis dicitur, quia veraces nos facit, sine quo omnis homo mendax est. Quid ergo liberum arbitrium, et doctrine humane? Spiritu dei inspirati locuti sunt pphetæ et apostoli 2. Pet. 1.

2 Ille testimonium &c. Rom. viij. Spiritus testimonium reddit. Spiritus intus, vos verbo foris.

3 De scandalo crucis et stultitiæ CHRISTIANAE prima Corinth. primo cap.

IN DIE PENTHECOSTES.

Euangelion Iohannis xiiij.

Si quis diligit me &c.

1 Si quis diligit &c. In hoc verbo te contēplare num credas, Dilectio et fides non separantur.

2 Veniemus &c. Templum dei sunt credentes, vni & spiritu psal. 40. 1. Iohan. 2. cap.

3 Sermo christi nō est carnalis, sed potētia dei. ro. 1

4 Paracletus docet omnia, nō foris audita prędicatio, quę est tantum ministra spiritus.

5 Hinc somniāt nostri, qđ spiritus reuelat multa, alia ecclesię, pręter Euangelion Christi. Quę cunq; inquit dixi vobis, non alia.

6 Pacem quę est nobis in Christo per fidem iustificatis, et mundus et princeps mundi impugnāt Rom. 5

7 Vt cum factum fuerit credatis, Cum abiero ingruet vobis tętatio et persecutio. Tunc hęc verba sint vobis solatio. Quęstio Augustini nihil est in hoc loco.

FERIA II. PENTHECOSTES.

Euangelion Iohan. iij.

Sic deus dilexit mundum &c.

1 Dilexit nos in dilecto filio suo ante mundi constitutionem *Eph. 5*. Ergo sicut Christus perire nō potest, ita neque nos, modo per fidem simus in Christo *Rom. viij.* Qui proprio filio suo &c.

2 Non misit &c. s. nunc. Nam post non dicitur mitti, sed venire ad iudiciū, sicut vbique legis.

3 Caro iudiciū dei ignorat, sicut et iusticiam dei. Non videt incredulos iam iam esse damnatos.

4 Hoc est iudiciū &c. Vide hic quid sit Iohā. xvi Arguet mundum de iudicio.

5 Vide hic opera bona esse fructum lucis fidei, mala tenebrarum. i. infidelitatis et hypocrisis.

B ij

FERIA III. PENTHECOSTES.

Euangelium Iohan. x.

Qui non intrat per ostium &c.

1 Solus Christus pastor, ostium, ostiarius, habet verbum vite, reuelat patrem.

2 Alij qui veniunt, i. qui non intrant per ostium non habentes verbum vite, fures sunt et latrones querentes sua, docentes iusticiam humanam et mandata hominum.

3 Oves Christi, solius Christi vocem agnoscunt et sequuntur.

4 Vocat nominatim, i. alios sic alios aliter, non vit deus qui sunt sui. Non est ecclesia que gloriam mundi sequitur, et in mundo magnificatur.

FERIA IIII. PENTHECOSTES.

Euangelion Iohannis vi.

Nemo venit ad me, &c.

1 Non cognoscitur Christus nisi patre trahente, i. intus docente. Math. xvi. Caro et sanguis etc.

2 Christus est lignum vite, a quo prohibitus est Adā. Est sapientia dei. Prouer. iij. Preciosior est &c.

3 Manna vetus, i. iusticie legis non viuificabat. Christus creditus viuificat in eternum.

DOMINICA TRINITATIS.

Euangelion Iohan, iij. cap.

Erat homo ex phariseis &c.

1 Egregium hic est exemplum sapientie rationis

et stulticię Christi, siue iusticię spiritus.

2 Vir sapiens et inculpatus arguitur, qđ que dei sunt, ignorat, qui nihil minus sperauerat.

3 Iusticiam legis putat aliquid esse. Christus docet iusticiā esse regenerationē. i. carne mortificari.

4 Quomodo potest &c. Ratio humana cōprehendere non potest, iusticiam dei stulticiā iudicat. 1 Corin. 2

5 Sic est omnis et c. Ergo occulti sunt spirituales et a carne non agnoscuntur. Quid ergo nobis cū pompa ecclesiastica?

6 Quod natum est et c. Hic omnia nostra quāti quanti sumus, damnantur.

7 Nemo et c. Ostendit se per stulticiam crucis cum suis glorificandum.

IN DIE CORPORIS CHRISTI.

Euangelium Iohan. vi.

Caro mea vere est cibus et c.

1 Satis ex textu constat hoc de sacramento panis ac vini non dici, sed de fide. Qui credit Christi carnem et sanguinem pro se traditum, is edit et bibit in spiritu sine cessatione, quia nuncq̄ cessat credere. Hoc modo indigne nuncq̄ editur et bibitur Christus. Imo nō potest aliter edi et bibi, nisi diḡne. i. per gratiam et vitam eternam. Sacramētum multi indigne edunt. 1 Corin. xi.

2 Qui credit in me, &c. Exponit quid sit edere et bibere.

B iij

3 Ego sum vita eius, sicut pater est vita mea.

4 De differētia manne et huius panis, vide supra feria 4. pentecostes.

DOMINICA PRIMA POST
TRINITATIS. Vide Sermonem

Martini Lutheri, de diuite et lazaro. lu. xvi.

DOMINICA. II. POST TRINITATIS.

Euangelion Luc. xiiii.

Homo quidam fecit cenam magnam.

1 Ad gratiam Euangelicā vocantur multi, predicatione verbi, venirent multi, sed timent suis cōmodis.

2 Villam aut iuga boum emere et vxorem ducere nō sunt peccata, sed peccant qui propter hęc nolunt venire ad cœnam.

3 Hi non dicuntur rapere aliena, sed emere sua, non scortari et adulterari, sed ducere vxorē. In specie ciuiles et optimi viri, sed sine timore dei et fide.

4 Iudei qui videbantur legis obseruatores, primum inuitati sunt, Deinde qui in Iudea erant publicani, meretrices et peccatores veniunt. Tertio gentes perditissimi peccatores extra Iudeam.

DOMI. III. POST TRINITATIS

Euangelion luce. xv.

Erant appropinquantes &c.

1 Fides peccatorum. i. qui se agnoscunt.

2 Murmur phariseorum. i. qui sibi iusti sunt.

3 Euangelij natura.

4 Charitas dei commendatur, in Christo nos peccatores reducentis.

5 Iustitia per solum Christum est. Ouis se reducere non potest. Drachma se redinuenire non potest. Contra liberum arbitrium.

DOM. IIII. POST TRINITATIS

Euangelion luc. vi.

Estote misericordes. &c.

1 Credentibus misericordiam mandat. s. non iudicare, non condēnare, donare peccata et iniuriā.

2 Sic nomine fratris reddet nobis deus sicut fecimus fratribus, Simile alibi, Recipient vos in Luc. 16 eterna tabernacula.

3 Iudicium hominum contra fratres, non solum esse iniquum, sed etiam impium, merā hypocrisim

DE EVANGELIO. V. DOMI,

nice post Trinitatis lege sermonē Martini Lutheri de festo Petri et Pauli.

DOMI. VI. POST TRINITATIS

Euangelion Marth. v.

Nisi iustitia vestra &c.

1 Iustitiam dei esse per fidē, hoc est cordis iustitiā externa iustitia quantumcunque speciosa, pharisaica ē.

2 Arborem bonam vult dominus, sine qua fructus boni non sunt,

3 Iustitia pharisaica est, Non occidere manu.

licet irascaris interim corde, Iustitia Christianorum non irasci quidem, hic semper necesse est ut postulemus veniam a deo, cognoscentes nos peccatores, id quod ad hanc iustitiam pertinet.

Math. 5 4 Sine reconciliacione fratris, nihil acceptum deo, Et vel hinc discant nostri, que sint opera bona que deus magnificauit.

DOM. VII. POST TRINITATIS

Euangelion Marci. viij.

Cum turba plurima &c.

1 Misereor &c. Repetendum est Matth. vi. Scit pater vester quod his indigetis. Locus contra tentationem de victu.

2 Vnde: &c. Diffidentia sanctorum quam legimus, nos solatur, ne desperemus propter imbecillitatem fidei.

3 Si hec recte intueremur, contra omnem rationis dispensationem fieri, cogitaremus, Non te deseret deus forte duos dies victurum, qui te triginta annis abunde pauit.

4 Omnis creatura dei bona est, si cum gratiarum actione sumatur, sanctificat enim per verbum. I. thim. 4

DOM. VIII. POST TRINITATIS

Euangelion. Math. viij.

Attendite a falsis prophetis &c.

1 Doctrine demoniorum in hipocrisi, loquentium mendacium, I. Thim. 4

2 Speciem habentes pietatis, virtutem eius abse-
negantes. 2. Timo. 3.

3 Confitentur se nosse deum, factis autē quibus
tribuunt iustitiam, negant Titum. 1.

4 Magistri mendaces qui introducent sectas per-
ditionis. 2. Pet. 2.

5 Sed nihil opertum quod nō reueletur Mat. x.
Insipientia eorū erit nota om̄ibus hoībus; 2. tim. 3.

6 Hodie fructus videmus, deo aperiente nobis
oculos. Nihil est quod hęc exponant de crassis pec-
catis, De his dicit, Qui ueniūt in vestimentis ouis
et dicunt domine domine &c. Mat. viij

DOMINICA IX. POST TRIN-
nitatis; Vide Sermonem Martini Lutheri
de Mammonę.

DOMI. X. POST TRINITATIS,
Euangelion lucę. xix.

Cum appropinquaret &c. Fleuit.

1 Hoc Euangelion docet nos fidem et charitatē
et admonitionem, Fidem in eo quod p̄scribit no-
bis Christum qualis sit, vide Zacharię. ix.

2 Christus suę laudis oblitus, quę offerebat sedē
ei super asinū, flet mala vētura populo. Caritas.

3 Tempus visitationis suę non cognoscūt, qui
iam predicato Euangelio non suscipiunt Christū,
hinc pereunt. Admonitio hęc est.

4 Et hodie quid aliud est ecclesia quā domus
C

negociationis, omnia venduntur nobis etiam ipsa
remissio peccatorum.

DOMI. XI. POST TRINITATIS.

Euangelion Lucę. xvij.

Ascendebant in templum duo homines.

- 1 Lucas sua prefatiuncula declarat parabolam
- 2 In pharisęo vides exemplum illorum qui fidē
non habēt, et suis operibus se iudicāt sanctissimos
- 3 Publicanus sine omni merito per solam fidē
(qua soli deo tribuit iustitiam, et non diffidit de
pietate benigni patris) iustificatur.
- 4 Vnde parabola ostendit nos sola fide iustificari
absq; omnibus operibus et meritis.

DOM. XII. POST TRINITATIS

Exiens Iesus. Marci. vij.

- 1 Fides aliena offert demoniacum Christo, vt
et ipse expulso demone possit credere.
- 2 Sic fides aliena mihi subuenit, vt propriam
det mihi Christus fidem, Sic pro Turca oramus
- 3 Fide iustificatus audit verbum, et ore cōfitei
Christum, Fructus noui hominis.
- 4 Et precepit &c. Declarat se non suam gloriā
querere.

Rom. x

DOM. XIII. POST TRINITATIS

Euangelion Luc x.

Beati oculi &c.

- 1 Videbant discipuli et audiebāt carne, et mēte

intelligebant vtrunq̄, nō est datum veteribus san-
ctis, qui etiam in carne et videre et audire cupie-
bant id quod spiritu pr̄uidebant, pharisei vero q̄
videntes et audientes non intelligebant, Esaię. vi.

2 Quid faciendo &c. Populus legis de operib.
legis interrogat, lex dilectionem cordis requirit.

3 Diliges &c. Hęc lex nos omnes damnat.

4 Proximus est quicūq̄ egēti potest benefacere

5 Si quid super erogaueris &c. Stulti hinc con-
firmant humanas traditiones, sed frustra. Duode-
narj sunt quos supra dixi, vinum et oleum. i. lex
et Euangelium. Quid enim aliud pro cura egroti
committetur famulo, q̄ quibus ipse usus fuerat,
Aut certe sunt fides et charitas, quę sola p̄dicanda
sunt, iam stulti Episcopi super erogare volūt, qui
nondum erogauerunt.

6 Super erogare nō est preceptū is et traditionis
bus onerare egrotum, Quid enim stultius? Sed fi-
dele consilium dare vbi in manifestum nō habes dei
verbum, sicut Paulus fecit. i. Corinth. 7.

DOM. XIII. POST TRINITATIS

Vide sermonem Martini Lutheri.

DO. XV. POST TRINITATIS.

Euangelion Matthei. vi.

Nemo potest duobus dominis seruire &c.

1 Qui volunt diuites fieri &c. i. Timoth. 8.

2 Laborandum est, sed cura et sollicitudo deo

C ij

relinquenda, Exemplum agricolę qui postquam
omnia fecit, expectat a deo fructum et messem,
Omnes sic tentamur.

3 Qui omnia vestit et nutrit, quorum ipse crea-
tor est. magis nos vestiet et nutriet, quorū præterea
etiam pater est.

4 Gentes sunt, nō Christiani, qui deo non confi-
dentes suam providentiam statuunt sibi.

5 Hoc tantū contendite precibus à deo, vt sitis
per fidē filij eius, & hec omnia adiicientur a patre,
filij nō puidēt sibi, sed pater ipsis, Magna cōsolatio

DOM. XVI. POST TRINITATIS

Euangelion. Luc. vii.

Ibat IESVS in ciuitatē Nain.

1 Charitas, sui obliuiscit et miseras sentit pximi
Ita hic Christus viduam hanc sibi induit.

2 Allegoria. Concupiscentia ex Adam, nos con-
tinue fert in sepulchrum, tenens vsq; in mortē, hic
nullū remediū est nisi misericordia Christi, huius
ractu, in corde cessat iperius ille, huius voce. i. vbi
predicatione, quod efficaciter tangit cor, mortui
reuiuiscimus in suam gloriam.

DOM. XVII. POST TRINITATIS

Euangelion Luc. xiiij.

Cum intraret IESVS in domū cuiusdā &c.

1 Bene sentit hydropticus de Christo, Ecce fidem.
2 Christus miseretur, Ecce charitatem.

- 3 Opera bona sunt, seruire proximo.
- 4 Charitas dispensat etiam de manifesta lege dei
Non sic Hypocrite sentiunt.
- 5 Sabbatum illud carnis, sabbatum Christianū
significabat, Esaie. 56. Heb. 4.
- 6 Omnes inuitati sumus ad dei gratiam, sed pha-
risei sedēt in primo loco per hypocriticā sanctitatē.

DOM. XVIII. POST TRINITATIS.

Euangelion Math. xxij.

Pharisei audientes &c

- 1 Hec duo mandata nos damnāt, tantū abest vt
lex iustificet.
- 2 Solus spiritus ea implet. Ergo quicquid est no-
strum, aduersum est legi dei.
- 3 Si omnia in dilectione consistunt. Ergo opera
non iustificant, sed sola fides. Felix qui habet eam.
- 4 Christus deus est et homo, filius et dñs Dauid.
Ergo solus inter Deum et hominem mediator
est. 1 Tim. 2.

DOM. XIX. POST TRINITATIS

Euangelion Math. 9.

Ascendens IESVS in nauiculam &c

- 1 Aliena fides offert quidem pctōres, sed fides
propria mox exigitur. Confide inquit.
- 2 Mundus & caro, sua sapiētia iudicant contra
euangeliū, nō credūt per Christū remissio pctōrum.
- 3 Externa miracula que videntur, interne sanas.

C iij

eionis et remissionis peccatorum signa sunt.

ij. Tim. 1

4 Certi sumus, per Christū nos habere remissionem peccatorum ex promissione, quia verax est, et ex potestate, quia deus est.

DOM. XX. POST TRINITATIS.

Euangelion Math. xxij.

Loquebat̄ IESVS cū discipulis in para. et c̄.

1 De nuptijs Ephe. 5. Iudei contemptores, occisores, contemnuntur et occiduntur.

2 Tales sunt hoīes oēs natura, si sibi permittant̄.

3 Extra erant gentes. i. mere peccatores, hi introducuntur, Sed hinc eijcitur populus solo nomine Christianus, Non habet vestem nuptialem, qui fidem non habet, qua sola istę nuptię celebrantur, quam vestem amiserunt primi parentes, sua nuditate confusi &c̄. Fides regit omne quicquid ex Adā est. Beati quorum remissę sunt iniquitates &c̄.

Psal. 31

DOMI. XXI. POST TRINITATA.

Euangelion Iohan. iij. cap.

Erat quidam regulus &c̄.

1 Exemplum in quo vides quo proficiat imperfecta fides, modo non cesserit orare.

2 Liberatio a tentatione. Confirmatio est fidei ad persistendum in tentationibus futuris.

DOMI. XXII. POST TRINITATA.

Euangelion Matth. xvij

Simile est regnum coelorum &c̄.

1 Summa, per misericordiam dei dimitti omnia peccata quantumcunque graua.

2 Nihil vero dimitti ei qui non dimittit fratri. **Mat. vi**
DO. XXIII. POST TRINITATIS,

Euangelion Matth. xxij.

Abeuntes pharisæi &c.

1 Caro semper querit liberationem carnalem per Christum. Sic isti expectabāt, vt messie manu a Romano iugo eriperentur, sicut nostri gaudent se carnaliter liberari a pontificibus.

2 De potestate gladij. Cui honorem, honorem, quia numisma Cæsaris exhibent, ipsi testantur se subditos, sed tamē sic, vt que dei sunt deo. Sic etiā in Roma. xij.

DO. XXIII. POST TRINITAT.

Euangelion Matth. ix.

Loquente eo ad turbas &c.

1 Christus venit vt mortem tollat.

2 Opus Christi rident, tubicines. i. sapientia et iustitia mundi.

3 Preconium fidei, in muliercula tangente fimbriam Christi.

4 Vide in Marco. Magistri misere hanc afflixerunt, sed semper deterius habuit. **Mar. v**

5 Allegorice. Christus ita resuscitaturus synagogam, et interuenit populus gentium, Ad hoc est copiosa scriptura in Paulo et prophetis.

DO. I. POST EPIPHANIAE.

Euangelion Lucae. 2.

Cum esset Iesus annorum duodecim.

1 Ascendit Hierusalē sancti Maria et Ioseph &c.
Quid igitur profunt legis opera?

Gala. iij

2 Christus pręfert vocationem diuinam parentibus, fit subditus. Christus factus est sub lege et parentibus obedit, quatenus diuina vocatio sinit.

DO. II. POST EPIPHANIAE.

Euangelion Iohannis. 2.

Nuptię factę sunt &c.

1 Christus sua pręsentia confirmat nuptias.

2 Exemplum est hic orandi, Maria quanquam repulsa, tamen non desistit fidere, sed itibet fieri quod quid precepturus esset Christus. Vide fidem mulierculę.

3 Signū, confirmatio Euangelij. Christus pręsto est nostre necessitati et corporali et spiritali.

DO. III. POST EPIPHANIAE.

Euangelion Matth. viij.

Cum descendisset Iesus de monte &c.

1 Domine si vis &c. Fides resignat se voluntati diuine et tamen accedit.

2 Christus tetigit leprosum contra legem. Lex violanda propter charitatem.

3 Nemini dixeris &c. Euangelion non gloriatur, sed est verbum crucis, patitur ignominiam.

iij. Osten.

4 Ostende te sacerdotibus, scriptura perhibet te
stimonium Euangelio.

5 Centurio sentit verbo confici sanitatem, Ver-
bum nihil requirit contra eos qui carnaliter conso-
lari volunt.

6 Filij regni efficiuntur. i. populus operum non
consequitur iustitiam Rom. ix. & x.

DO. IIII. POST EPIPHANIAE.

Euangelion Math. viij.

Ascendente Iesu in nauis.

1 Imbecillitate Apostolorum cōsolatur nostrā
imbecillitatem.

2 Omnes tribulationes sunt probationes fidei.

3 Christus dormire videtur, nō statim adiuuat,
vt confirmet fidem.

4 Christo omnia subiecta sunt. Ideo credamus,
etiam si nullum appareat consilium euadendi.

DO. V. POST EPIPHANIAE.

Euangelion Matth. xi.

Confiteor tibi pater &c.

1 Ratio non capit Euangelium, ideo cum in sa-
pientia mundi, et in iustitia mundi querat salutem **1. Corin. 2**
non inuenit.

2 Paruuli qui nec sua sapientia, nec sua iustitia
fidunt, sed credunt.

3 Sicut soli paruuli consequuntur salutem, Ita nō
cognoscitur pater nisi Christus ostendat, hoc est,

D

nostra sapientia non cognoscit, sed quando fide in
cruce eruditi sumus, tunc discimus potentiam dei
Ideo et postea consolatur eos qui crucifiguntur,
Math. xi dicens, Iugum meum suaue est &c.

ALIUD EVANGELIUM Math. xiiij
Simile est regnū cœlorū sagine missę in mari &c.
Hoc totum Euangeliū discernit administrationē
Euangelicam a ciuili. Euāgelion spargitur in om-
nes siue corde percipiant siue contemnāt. Gladius
autem punit externa crimina.

Vide sermonem Martini Lutheri De gladio.

DOMINICA SEPTVAGESIMAE.

Euangelion Matth. xx.

Simile est regnum cœlorum &c.

1 Summa Euangelię est. Gentes equatur Iudeis
i. populus sine operibus equatur populo operū.

2 Quia populus operum, tanquā debitum pos-
scit, ideo reñcitur, quācūq; accipiat ea quę promissa
sunt lege, Nā Iudei acceperūt promissiōes carnales

DOMINICA SEXAGESIMAE.

Euangelion Luc. viij.

Cum turba plurima conueniret.

1 Non est humani meriti sanctificatio, sed gras-
tię seminantis, quia nisi ille semen afferret, non ius-
tificaremur.

2 Euāgelion nō intelligūt, nisi qbus deus reuelat

3 Euangelion operatur crucem, ideo ait. Affe-

runt fructum in patientia, superiores omnes scandalifantur cruce, ideo exciduntur et eñciuntur.

DOMI. QVINQVAGESIMAE.

Euangelion Luc. xviiij.

Assumpfit Iesus xiiij. discipulos &c.

1 Exemplum ignorantie Apostolorum, quia caro scandalifatur cruce, que tamen comitatur Euangelion vt supra.

2 Exemplum orandi, Quis enim coecus pro his beatur, tamen pergit orare.

3 Fides saluum fecit, Hec gloria fidei est, quam hic adimit operibus.

DOMINICA INVOCAVIT.

Euangelion Matth. iij.

Ductus est Iesus in desertum &c.

1 Nemo Christianus nisi tentetur.

2 Christus vicit pro nobis, translata in se imbecillitate nostra.

3 Prima tentatio de victu est, vincit autem consolans, eo quod de victu sollicitis dictum est in Deuteronomio. Non in solo pane. Deut. viij

4 Secunda tentatio, de tentando deo, i. si victus diuinitus datur, ergo non laborabo. Estque tentatio de predestinatione contra fidem. Si predestinatus fueris, saluaberis &c. Si non, quid speras? &c.

5 Tertia tentatio blasphemie est, quia quando vicimus, tunc caro incipit gloriari in bonis suis,

D ä

& se pro deo habere.

DOMINICA REMINISCERE,

Euangelion Matth. xv.

Egressus Iesus secessit &c.

Rom. ij

- 1 Summa, non est personarum acceptor deus, fides requiritur, hæc impetrat quid vis.
- 2 Fides misericordiam implorat, sed modum, tēpusq; exauditionis cōmittit deo, nihil diffidens.
- 3 Non diffidit, etiā si deus negare videatur, etiā si aduersari videatur Hec est tentatio fidei magna
- 4 Non diffidit etiā si tentetur de predestinatiōe quasi ad gratiam filiorum non pertineat.
- 5 Exemplū hoc habes, quod deus non vult nos sollicitos esse de predestinatiōe, sed vt fidamus etiā in peccatis et morte, Hec est fides magna.

DOMINICA OCULI.

Euangelion Luc. xi.

Erat Iesus eijciens dēmonium.

Ioan. viij

- 1 Nullus liberatur a regno principis tenebrarū nisi per Christum lucem.
- 2 Hanc gloriam hodie multi blasphemant, dicentes esse heresim non a deo.

ij. Cor. ij

- 3 Ex fructibus, a nobis cognoscitur opus tenebrarū, et opus lucis, Non cōuenit luci ac tenebris.
- 4 Quia deterius habent qui ad tēpus credunt, & in tēpore tentatiōis siue contrarię persuasiōis, recedunt. Lege locum 2. Petri. 2.

5 Factum est &c. Christus gloriam carnis non agnoscit, ne in matre quidem sanctissima virgine. Exemplo ergo Christi, virtutem verbi predicare deberent, qui nihil nisi laudes virginis garrunt.

6 In Beelzebub &c. Vide in Euāgelistis hoc esse peccatum in spiritū sanctum, qua de re scripsi.

DOMINICA LETARE.

Euangelion Iohan. vi.

Abijt Iesus trans mare Galilee.

1 Hic locus tentationi de victu medetur atq; ita etiam alijs.

2 Ratio victum sperat humano more. Ideo Andreas dicit, Quid hec inter tantos?

3 Sic in iustificatione, iustificare se querit ratio hūano more, sed fallitur.

DOMINICA IVDICA.

Euangelion Iohan. viij.

Quis ex vobis arguet me &c.

1 Impietas pharisaica credere verbo dei non potest, etiam si Episcopus sit irreprehensibilis et vita et doctrina.

2 Gloriam dei quam cœli enarrant, iudicat blasphemiam et stultitiam.

3 Gloria Christiani, est ignominia crucis Ro. v. Verbum dei est vita eterna, si seruetur. Quid ergo nobis cum traditionibus humanis?

4 Quem vos dicitis &c. Vide hic fictam fidem

D iij

Psal. 18

distingui a vera, Impij dicunt tantum, et non no-
runt deum.

5 Ego sum &c. Hic locus aperte testatur diuis-
nitatem CHRISTI.

6 Abscondit se &c. Omnia sunt in manu dei, et
nihil accidit nobis ante hora nostrā, vtcunq; seu is
ant aduersarij, cū autem venerit hora nostra, scias-
mus esse bonam patris voluntatem, vt cruce glo-
rificemur.

D E S A N C T I S.
I N F E S T O A N D R E A E.

Ambulans iuxta mare &c. Matthei. iij.

1 Verbum Christi efficax est spiritu, vt non so-
lum omnia, sed et te relinuas.

2 Verbum humanū vanum est, Nisi Christus
faciat piscatores. i. mittat predicatorum a se doctos.
I N D I E C O N V E R S I O N I S P a u l i.

Eccen os reliquimus omnia &c. Matth. xix.

1 Non solum intellige de nouissimo iudicio, sed
etiam de iudicio spiritus in hac vita, quod cepit in
spiritualibus accepto spiritu, confirmatoque re-
gno CHRISTI.

2 Non sunt hic carnales sedes fingendę, Qui ab
negat semetipsum, hic habet iudiciū spiritus, quo
diudicat omnia, et ipse a nemine diudicatur, ha-
bet pacem et gaudium conscientię in hac vita. Itē
habet vitam eternam.

Math. x
1. Cor. ij

IN FESTO PURIFICATIONIS Marię.

Postquam impleti sunt dies. Luc. ij.

1 Purgatio in lege significauit fructum carnis esse impurum.

2 Pro Aegyptiacis primogenitis occisis, accepit dominus primogenita populi. Vbi significatū est, Christū primogenitū fore q̄ sit vere sanctus dñi

3 Simeon perhibet testimoniū Euangelio.

4 Fructus Euāgelij sunt pax. Nūc dimittis &c Gal. v
In pace. Item lumen, quia tenebrę sunt vbi nō est Euangelion.

ANNUNCIATIONIS MARIAE.

Missus est angelus &c. Luc. i.

1 Oportuit Christum nasci secundum promissiones, ex Dauid, ideo hec sunt indicata. Psal. 88. et 131.

2 Aue gratia plena, habet declarationem in libro bello a Martino Luthero.

3 Christi regnum, sedes Dauid patris. Et vt regnum intelligatur, sunt repetendi hic loci prophetarum Esa. ix. Et Hier. xxij. Saluabitur Iuda, habitabit confidenter. i. per Christū securi sumus, quanquam sumus peccatores.

4 Omnia propagata carnali conceptione sunt impura, ideo Christus ex virgine natus est.

PHILIPPI ET IACOBI.

Non turbetur cor vestrum. Iohan. xiiij.

1 Consolatio cōtra scandalum crucis &c. Et in

- me credite, scilicet quamuis crucifiger. In domo
 &c. quia multi apud patrem predestinati sunt ab
 eterno, qui tamen sine me glorificari non possunt.
 Ergo sunt quedam mansiones. Sed si quo minus
 i. quatenus non sunt parate, dixeram vel dixi sepe
 ante, quod vado morte mea parare vobis locum.
- Ioan. xiiij
- 2 Sūma. Sine meritis Christi neminē glorificari
 - 3 Viam scitis, quia in me creditis.
 - 4 Nescimus &c. Credebant Apostoli, nō tamē
 capiebant Christum per mortem esse glorificandū
 Imperfecta fides in Apostolis, nobis cōsolatio est
 modo cum fundamento Christo perstemus.
 - 5 Crassa fides in Philippo experiri vult, Respon-
 det Christus, Si non verbis tamen operibus cre-
 dite, quod pater in me &c.
 - 6 Amen &c. Significat se regnaturum in suis,
 vbi apud patrem glorificatus fuerit.
- Ioan. xiiij
- 7 Toto Euangelio fidem exigit Christus, via,
 veritas, vita.

IN FESTO IOHANNIS Baptiste.
 Elizabeth impletum est Luc. i.

- Math. xi
- 1 Lex et prophete qui p̄dixerunt gratiā orbi vē-
 turam vsq; ad Iohannem.
 - 2 Idcirco hic omnia festiue preludūtur, gaudēt,
 et a gratia dicitur Ioannes. Admirant̄ omnes &c.
 - 3 Quomodo infidelitas mutum reddiderat, sp̄i-
 ritus sanctus prophetam facit.

4 Con:

4 Confessio credentium.
IN FESTO PETRI ET PAULI.

Venit Iesus in partes Cæsarię. Matth. xvi.

1 Caro et sanguis non nouit Christum esse filiũ dei uiuĩ, reuelatione spiritus discitur.

2 Ecclesia vera aliã fidem, et aliud fundamentũ non nouit. 1. Corinth. 3.

3 Promissio, quod huic fidei non preualebunt portę inferorum.

4 De potestate clauium.

IN FESTO VISITATIONIS Marię.

Exurgens Maria. Lucę. 1.

1 Fides non potest esse otiosa, sed per charitatẽ reddit proximo quod accepit per deum. Gal. v.

2 Miracula spiritus dei in foeminis.

3 Magnificat. Vide Martinum Lutherum.

IN FESTO MAGDALENÆ.

Rogabat Iesum &c. Lucę. vii.

1 Signa hic vides verę resipiscentię, quę hypocrisis sunt, ubi res non est.

2 Hipocritę talibus iustitiã tribuunt. Sed Christus dicit. Fides tua te saluã fecit. Itẽ, dilexit multũ

3 Item collatio pharisęi et meretricis.

IN FESTO S. IACOBI.

Accessit ad Iesum mater &c. Matth. xx.

1 Qui secundum carnem sunt, quę carnis sunt sapiunt, sua querunt, gloriam mundi. Rom. viij.

E

2 Caro sine cruce vult glorificari.

3 Gloria carnis et dei diuersa est.

INVENTIONIS S. STEPHANI

Vos estis sal terrę Math v. cap.

1 Non solum Euangelij doctores, sed et omnium vere Christianorum doctrina & vita, sal terrę et lux mundi est.

Esa. xix

Math, xv

2 Sal infatuatus, s. docentes doctrinas et mada-
ra hominum, & superstitionum dei cultum sequentes.

3 Lucerna sub modio. Timor humanus, non
audens predicare veritatem quam credit.

4 Lex debet integre & predicari & seruari, i. se-
cundum radicem cordis.

5 Pharisei & sentiunt & docent, peccata operis ex-
terni esse contra legem, Non peccata cordis, aut saltem
minima esse, et nullius reputationis, propterea in
Christi regno sunt minimi, i. nulli.

ASSUMPTIONIS MARIAE.

Intrauit IESVS in quoddam castellum, Lu. x.

1 Maria est populus gratie. Martha est populus
legis siue operum.

2 Martha gloriatur et Mariam condemnat, Chri-
stus Marię partem dicit necessariam et bonam &
eternam.

3 Nihil enim habet commentum de duplici vita
actiua et cotemplatiua ut ociosi monachi finxe-
runt.

EXALTATIO S. CRVCIS

Nunciudicium est mundi. Iohan. xij cap

1 Credendum Euangelio dum licet, post paululū non licebit.

2 Christus suo regno, mortis regnum destruxit.

3 Sequitur excecatio horrenda post Euangelion contemptum. Exemplo sunt iudei. Exemplo sunt et nostri. Vide sermonem Martini Lutheri, domus nice. 23. Math. xvij. cap.

DECOLLATIONIS IOHANNIS BAP.

Misit Herodes, Marci. vi. cap.

1 Euangelion hoc continet exemplum crasse & contemptricis impietatis.

2 Herodes scit se nequiter agere, Et pergit tamē, sic non est timor dei in carne.

3 Ratio pretextit iusiurandum. Tales sunt omnes homines destituti luce dei.

MATTHEI APOSTOLI.

Vidit hominem sedentem &c. Math. ix

1 Fides Matthei.

2 Charitas Christi.

3 Collatio peccatorū et phariseorū, Et de vtriusq; iudicium Christi.

4 Increpatio scribarum, quod ignorēt quid sit misericordiam volo et non sacrificium.

Ose. vi

Math. ix

5 Tunc seruis deo, quādo seruis proximo, peccatori, ignorāti, egroto, pauperi. Hec autē ignorāt

E ij

pharisei, quia non sunt opera papistica ad lucrū
et gloriam.

IN DIE MICHAELIS.

Accesserunt ad IESVM &c. Math. xviii.

1 Mūdus carnaliter sentit de regno Christi, ideo
cultum dei fingit carnalem et mundanum.

2 Is Christianus est, qui sentit hoc in se qđ Chris-
tus. Philippen. secundo.

3 Quod oporteat peccatores, infirmos, ignorā-
tes suscipere, De scandalo Rom. xiii.

Psal. 90. 4 Scriptura testatur angelos bonos tantum ele-
ctis seruire, vt hic et Psalm. Angelis suis manda-
uit de te &c. Item Hebrę. primo.

DE OMNIBVS SANCTIS VIDE
in cōmuni sanctorū infra. Videns Iesus turbas &c.

COMMVNE SANCTORVM.

DE APOSTOLIS.

Hoc est preceptum meum &c. Io. xv.

1 Post fidem nihil exigitur qđ charitas.

2 Hoc nouum preceptum est, quod affectū cor-
dis requirit, non hypocrisim, non tantum res, sed
etiam animas, vt exponamus pro fratribus gra-
tis, exemplo Christi, qui gratis nos elegit, nos fe-
cit amicos, pro nobis mortuus est, Hec vna lex
omnia nostra mortificat.

HAEC MANDO VOBIS &c. Io. xvi.

1 Insignis consolatio contra odium mundi.

2 Mundus propter verbū Euangelij nō potest nos odisse, quia pater ei per spiritū non reuelatur.

2 Idcirco Euangelium non fuit, id quod tanta pompa ecclesiastica viguit, nunc sordet.

EGO SUM VITIS VERA. Io. xv.

1 Clara verba contra liberum arbitriū, humanas vires, et reliquam fecem papisticā nihil esse.

2 Sermonē Christi creditū mundificare. Quid ergo traditiones humane?

DE VNO MARTYRE.

Siquis vult post me venire. Matth. xvi.

1 Fidei opus mortificatio nostri, donec omnia que Adē sunt intereant, et perficiatur regeneratio

Nisi granum frumenti &c. Iohan. xij.

Idem est in hoc Euangelio quod et in superiori.

DE PLVRIBVS MARTYRIBVS.

Videns Iesus turbas &c. Matth. v.

1 Vides hic beatitudinē longe aliud esse q̄ mundus somniet. Hęc est stultitia predicatiōis, per quā placuit deo saluos facere credentes. 1. Corinth. i.

2 Christiani hęc omnia habent, atque hęc beatitudinum predicatio, magnę nobis est consolatiōi.

3 Non enim predicantur magna merita habentes, sed qui nihil meritorū, nihil iusticię, nihil vnde glorientur in se inueniunt, beati predicantur.

4 Sunt enim Christiani pauperes spiritu, sitiens iusticię, Mites, s. omnibus cedentes, et se inferis

E iij

In festo
omnium
sctōrum.

ores iudicantes, lugentes, quos sequuntur fructus
vt sint misericordes, mundo corde, pacifici, et pro
pterea coram mundo maledicti.

In p̄festo
omnium
s̄tōrnm.

DESCENDENS IESVS de mōte, lu. vi.
1 Sanaturbas, Math. 4. in fine, id quod scribit
Lucas in loco campestri, Quod autem sequitur
in Luca, Et eleuatis &c. factum narratur non los
cus. Necessesse est enim, vt intelligas dominum, post
sanationem infirmorum, rursus ascendisse in mō
tem, et illic elcuatis in discipulos oculis dixisse, qđ
Matth̄us aperte dicit ca. v. Et Lucas discipuloꝝ
hic non turbę facit mentionem sicut et Matth̄us.

CVM AVDIERITIS p̄lia &c. Lu. xxi.

1 In terroribus et opinionibus bellorum, non
esse deserendum Euangelion.

2 Euangelij negocium curandum, quicquid ve
ro mundus minatur relinquendum domino.

Math. x

3 Capillus de capite vestro non peribit, hora ves
stra in manu patris est, quicquid continget vobis
Bona voluntas dei patris erga vos est.

4 Non sperandum, vt sine persecutione promo
ueatur Euangelium.

ATTENDITE A FERMENTO

pharis̄orum. Lu. xij.

1 Pharis̄ei fermento hypocriseos omnia corrumpunt,
docentes doctrinas hominū et demonioꝝ

2 Insipientia eorum nota erit, cum innotescet iu

stitia in doctrina Apostolorum.

Reliqua ut in superiori Evangelio, quod solus deus rimendus, alia relinquenda deo.

DE CONFESSORIBVS.

Sint lumbi vestri præcincti.

1 Alludit ad seruos qui in illa regione longas portant vestes, quas ad iter præcingunt.

2 Lumbos præcingimus, quando omnia que carnis sunt abnegamus per fidem.

3 Lucernas gerimus ardentes in manibus, dum præcedimus proximis doctrina lucis et operibus bonis per charitatem.

4 De eo quod simus semper vigilantes. i. credentes, et verbum dei mordicus tenentes, quod sine fructu non erit.

NEMO ACCENDIT lucernā, Lu. xi.

1 Quod boni in nobis est, alijs seruire debet, dat enim manifestatio spiritus ad vtilitatem aliorum. 1. Cor. xij

2 Cordis intentio siue fides et infidelitas, discernunt coram deo opera lucis et tenebrarum.

3 Caro speciem sanctitatis pro luce accipit, que coram deo est hypocrisis et tenebre.

NOBILIS QUIDAM ABIIT &c.

Luce. XIX.

1 Vocatis &c. Sine vocatione ne predica.

Hebre. v

2 Si es vocatus predicator, pecuniam domini expende ad vsuram, non admisce tuam.

3 Habet, qui vtitur dono dei in salutē fratri, illi augetur gratia. Non habet, qui non vtitur dono accepto, illi aufertur et tandem excecatur vt non videat que ante videbat.

4 Hic condemnantur meritā Humana, serui pecuniam a dño accipiunt, et dominus quia fideles fuerant, pecuniam eis dat cum lucro, & insuper ciuitates, sola gratia.

VIGILATE QVIA NESCITIS. Math. xxiij

- 1 De vigilatione supra.
- 2 Seruus fidelis, in Euangelijs proximis.
- 3 Cibum. i. verbum dei. In tempore. i. nulla negligentia.

DE VIRCINIBVS

Simile est regnum cœlorū &c. Mat. xij.

Mat. xvi 1 Thesaurus et Margarita, est Euāgelion quod absconditum est a carne, Inuenitur autem fidei spiritu, quę fides ob id renunciat omnibus, vt vere possidere possit.

2 Nondum discreti sunt hypocrite a pijs coram mūdo, id quod fiet in nouissimo die, interim gloriantur se esse bonos Christianos.

3 Doctor non aliud habens q̄ dei verbum. is est qui doctus est ad regnū cœlorū. pfert nō ex libro sed ex Thesauro cordis sui, legem et Euāgelion.

IN OFFICIO DEFVNCTORVM

Dixit Martha ad IESVM, Ioan. xi

1 Fides in Martha non minor q̄ in Petro.
2 Ego sum resurrectio et vita, Hec est copiosa
Euangelij predicatio.

QVIA VENIT HORA ET NVNC
est &c. Iohannis.v.

1 Infideles sola voce **CHRISTI** reuiuiscunt
i. Euangelio.

2 Quibusdam Christus dat vitam, et deus pater
quosdam iudicat, sed suo tempore.

3 Quod alij Euangelistę tubam dicunt, Iohānes
vocem filij dei dicit, Illius enim verbo suscitantur
omnes in nouissimo die, cuius verbo omnia con-
dita sunt.

Psal. 32.

SICVT PATER SVSCITAT
mortuos Iohannis v.

1 Christi et patris eadem est potentia in saluans
do et iudicando.

2 Vtriusque idem est honor.

3 Eadem fide creditur in patrem et in filium.

4 Habet vitam eternam, Nota, iam habet. Qui
non credit, iam iudicatus est. Nota, iam in p̄senti.

OMNE QVOD DAT MIHI
pater Iohannis. vi.

1 Quos dat pater veniunt ad filium, siue quos
trahit pater, Contra liberum arbitrium.

2 Si offendit p̄destinatio, cogita tibi preceptū
esse vt credas in **CHRISTVM**, non vt scias

F

predestinationem.

EGO SVM PANIS VIVVS &c

Iohannis vi.

1. Cor. ij 1 Caro non capit sacra mysteria Christi.
2 Solus Petrus dicit, Ad quem ibimus, verba vite eterne habes. Petrus est cui pater reuelat.

Mat. xvi.

IN DEDICATIONE TEMPLI.

Ingressus perambulabat Hiericho, lu. xix.

1 Etiam camelum. i. diuitem intrare per foramen acus, sed per Christum resipiscentem.

2 Resipiscit qui vocem domini venientis audit et suscipit.

3 Huic mundus aduersatur, in primis hypocritica sanctitas.

4 Ecce dimidium honorum meorum est fructus resipiscentie, noua vita.

Gal. iij 5 Filios esse Abrahę, quotquot credentes Christum suscipiunt ex Paulo.

6 Statura pusillus est, qui in se non inuenit, quo CHRISTVM videat.

E V A N G E L I A F E

riarum Quadragesime.

IN DIE CINERVM.

Cum ieiunatis. Matth. vi.

1 Hypocritarum opera damnat, quia non fiunt ex fide, Nam querunt sua. i. corde respiciunt terram vbi habent thesaurum suum, i. quod querunt.

2 In omni opere, simplici oculo aspiciendum ad deum, hoc est, thesaurum habere in caelis.

3 Vnge caput tuum, et faciem laua. i. letus appareas hominibus, More terre palestine loquitur, sicut alibi, Oleo caput meum non unxisti. Id quod hodie significat papistis, accipere cineres. Lnc. viij
Ironia

4 Scriptura solum contra hypocrisin destinata est. Nam crassa ista vitia etiam mundus damnat.

5 Factum non est lex. Et ieiunium Christi miraculum fuit, sicut ambulare super mare, Oportet hypocritas errare non solum in imitatione sanctorum sed etiam in imitatione (ut putabant) ipsius Christi.

FERIA QUINTA.

Cum introisset Capernaum, Math. viij.

1 Iacet &c. Fides vera necessitate proponit deo, modum liberationis non prescribit, sed deo committit. Sic supra leprosus.

2 Fides vera soli Christo tribuit sanitatem. i. iustitiam, non carnis presentiam requirit, sentit regnum Christi esse in spiritu, non in elementis mundi. huius. Io. xvij

3 In Israel &c. Ne apostoli quidem tantam fidem habebant, quibus in fine dixit, expedit vobis ut ego vadam alioquin paracletus non veniet. &c. Ioan. xvi
Vides paraclerum negari istis, qui in externo Christi cultu herent.

4 De susceptis gentibus. i. peccatoribus, Et reiectis iudeis. i. sanctulis. Rom. xi

F ij

SEXTA FERIA POST CINERVM

Audistis quid dictum sit &c. Math. viij

1 Christianā dilectionē non esse, si non ex corde diligas etiam inimicū, Hoc natura nō habet, sed fidei spiritus prestabit

2 Dictum est &c. i. Sic predicatū ante, finxerat enim hoc sophistica traditio. Deut. viij & xij. contra legem. Leuit. xix. Non queras vltionem &c. Diliges amicum, vbi legendum est, proximum. Et quę Prouerb. xxv. Si esurierit &c.

3 De hypocritarū iustitia. Vide supra de ieiunio

SABBATHO POST CINERVM

Cum sero esset factum &c. Marc. vi cap

1 Tentatio fidei. 1 Pet. i. In quo exultabitis &c.

2 In tentatione absens esse et dereliquisse videtur Christus, Idcirco laboratur, ita vt ne rediens quidem putetur adesse.

3 Hęc omnia egregie ignoramus, quę antea credere videbamus, vt non simus confidentes nobis 2. Corinth. i.

4 Quotquot tangūt fide Christum, sanari, exemplum mulieris fluxu sanguinis laborantis.

Luc. viij

FERIA SECVNDA POST Inuocauit.

Cum venerit filius hominis Matth. xxij.

1 In extremo iudicio nō requiret Christus opera papistica, quę ignorat, sed opera charitatis in proximum, et hęc ipsa ex fide.

2 Atque hec ipsa opera ex fide iudicabit, Mihi inquit fecistis.

3 Scriptura de iudicio operum loquitur, nam aliter iudicium dei nō potest describere, quia corda da videre non possumus, sicut fere vbiq; scriptura sese nostre intelligentiē, vt paruulis accommodat

4 Hos benedictos a patre vocat. i. fideles. Illos maledictos. i. infideles.

5 Fideles ignorant sua bona opera, licet omnia faciant, Infideles excusant, quod nunquam haberint occasionem benefaciendi.

FERIA TERTIA POST Inuocauit, Cum intrasset Iesus Hierusalem &c. Matth. xxi.

1 Conturbantur impij ad aduentum Christi saluatoris. In primis Hierosolimitē. i. qui prę ceteris sanctitatē sibi vendicant, hoc est, hypocritę, Christi aduentum simulant se diligere.

2 Eiectis nundinationibus papisticis, recipit et sanat in ecclesia sua cęcos et claudos. i. peccatores hactenus traditionibus humanis vexatos, vt videre iustitiam dei, et incedere in via iustitię nō possent.

3 Indignatur pharisei Osianna acclamari Christo. i. Euangelion predicari a paruulis. Ideo illos deserit. Matth. xi. Abscondisti hec a sapientibus, et reuelasti ea paruulis. Christi gratia, hec omnia videmus hodie.

F iij

FERIA IIII. POST INVOCAVIT.

Accesserunt ad Iesum turbe Matth. xij.

Luc. xvi

Joan. xv

1 Signum Ione factum. Non est aliud expectandum, Impij namq; quotidiana signa negligunt, de quibus dicitur. Si Mosen et prophetas non audiunt. &c.

2 Grauius iudicium est illis qui audierunt Euāgelion et contempserunt. Verendum, ne hodie auditu Euāgelij, deus velit nos grauius damnare. Orandum ergo &c.

3 Carnis fiduciam abiicit Christus, et non respicit, ne in matre quidem aut sanctis, vt tandem obstruantur ora hypocritis et superstitionis.

FERIA V. POST INVOCAVIT.

Si vos manseritis in meo sermone Iohan. viij.

1 Non sunt Christiani siue discipuli Christi, qui ad tempus credunt, et in tempore tribulationis recedunt.

2 Non intelligunt Euāgelij gratiam, qui non manent in verbo CHRISTI.

3 Nulla libertas spiritus, nisi per veritatē. i. Euāgelium CHRISTI.

4 Collatio seruorum et filiorum.

5 Qui Euāgelion nō sustinent, ex diabulo sunt.

Gal. v

Gene. xv

Rom. iij

6 Contra doctrinas et traditiones humanas, Opera Abrahę sunt, fides, quę per dilectionē operatur. Credidit Abraham deo &c. Ergo obediuit

eius verbo Iohann. vi. Hoc est opus dei, ut credatis &c. Opus diaboli est infidelitas Gene. iij. que producit odium.

FERIA VI. POST INVOCAVIT.

Post hec erat dies festus Iohan. v.

1 Aqua quinque porticibus cineta, lex est, que non sanat nisi spiritu mota, sicut quodque verbum non sanat sine spiritus motione. Sicut aqua baptismatis sine baptisate spiritus non sanat. Ioan. iij

2 Absque signo aque sanat Christus, ut discas in nulla re confidere.

3 Sabbathum est &c. Libertatem prohibent a CHRISTO datam.

4 Grauius iudicium est illis qui audientes Euan gelion contemnunt etiam, ut supra.

SABBATHO POST INVOCAVIT.

Assumpsit IESVS Petrum, Matth. xvij.

1 Gloria regni Christi hic preosteditur, siue gloria resurrectionis.

2 Lex et prophetę in Christum consentiunt, & in Christo cessant Moses et Helias &c.

3 Caro vult ante crucem et sine cruce glorificari. Petrus &c.

4 Hic est gratia per Christum Ephe. i. Dilectos nos reddidit in dilecto filio suo, Sicut Christus non potest non esse dilectus, Ira et nos in Christo.

5 Ipsum audite &c. Autoritas verbi Christi, om

nis doctrina nō Christi, ad salutē inutilis et noxia
FERIA SECUNDA post Reminiscere.

Ego vado et queretis me &c. Iohan. viij.

1 Hypocrite quia verba Christi ignorant, sed alia via querunt salutem in peccato suo. i. in infidelitate morientur, quandoquidem Christum quē ore confitentur, non credunt Christum esse. i. dei iustitiam. 1. Corint. 1.

2 Vos de deorsum estis &c. Caro est ignorans dei. 1. Corinth. 2. Animalis homo non percipit &c.

3 Principiū qui et loquor vobis &c. Lege principio, vel prorsus id quod loquor vobis. i. verbū dei patris loquor, et plane ego sum illud ipsum verbum Iohan. 1.

4 Multa &c. Euangeliū iudicat et damnat omnia nostra, siue omnem hominum iustitiam. Idcirco iustam persequendi rationem putant se habere hypocrite.

5 Sed qui &c. Vos mea damnatis, sed non sunt mea, Occupatio est.

6 Cum exaltaueritis &c. Morte Christi et resurrectione declaratum est Euangelion Christi esse virtutem dei Rom. 1.

FERIA III. POST REMINISCERE.

Super cathedram Mosi &c. Matth. xxiiij.

1 Super cathedram Mosi sedent qui docent que Moses docuit. Onera

2 Onera grauiā sunt lex. Act. xv.

3 Hypocrite nesciunt legem esse cognitionē peccati Rom. vii. et vrgere in Christum Galat. iij.

4 Collatio fastus hypocritarū, et Christianorū modestiē, illius plena sunt hodie omnia, sed tecta specie sanctitatis et sapientiē. Vide in Euāgelio sequenti magistrorum nostrorum fastum, clericorum sanctitatem. Item facta supersticiosorum.

FERIA III. POST REMINISCERE

Ascendens Iesus Hieroso. &c. Matth. xx. cap.

1 Viam ad gloriam ostendit, et simul eos consolatur contra scandalon crucis.

2 Caro non intelligit gloriam dei, sed vult carnaliter glorificari, et de Christo gloriari.

3 Non erit ita inter vos &c. Gentes sunt qui dominari querunt.

FERIA QUINTA.

Non possum ego ex me &c. Iohan. v

1 Non possum, Pudeāt liberi arbitrii assertores

2 Opus Christi. Iudicium et verbum esse dei.

3 Neque vocem &c. Contra legem videtur dicere, sed nemo intelligit verbum nisi per Christum et Christi spiritu Iohan. i. Deum nemo vidit vnq̄, et pater testificatur de Euangelio. &c.

4 Scripture scrutandę sunt. Ille testificantur de Christo et iudicant siue accusant et damnant omnes Christo non credentes.

G

Esa. 66

5 Qui gloriam ab hominibus querunt, et ritulos
vanitatis diligunt, Christi Euangelion nunquam
intelligent. Quomodo inquit potestis credere?

6 Argumentum sic intellige. Si Mosi in quo
speratis non creditis, nequaquam meis verbis cre-
detis, quem et contemnitis, et impium iudicatis.

FERIA SEXTA.

Homo paterfamilias plantauit vineam Mat. xxi

Math. vii

1 De vinea Esa. v. Omnia parauerat deus, que
ad vineam Iudaicam pertinebant, vt videas nos-
stras preparatiões esse nihil. Quasiuit per suos pro-
phetas et predicatores, et tandem per Christum frus-
trum fidei, sed mala arbor non profert fructum
bonum, labruscę non vutę producuntur, vbi con-
temnitur verbum dei.

2 Hic est heres &c. Durum verbum contra Ius-
deos, quod videntur eum intellexisse esse Christum
et heredem Iudaici regni, Esa. ix. Super solium Da-
uid &c. Lu. i. dabit illi &c. Sed quia ipsorum om-
nia damnabat, & ipsorum glorię et lucro per Euā-
gelion decessit, excecati sunt. Deinde eum videre
non potuerunt. 1. Corinth. 2. Si cognouissent &c.
Act. 3. scio quod per ignorantiam &c. Videant hic
nostri, qui suę glorię et lucro timent propter Euā-
gelion. Spiritus dicit. Attollite portas &c.

Psal. 23

SABBATHO.

Homo quidam duos filios hab. Lu. xv.

1 Collatio peccatorū ex sola gratia susceptōrū,
et populi legis stulte in operibus legis gloriantis.

2 Decedit a deo et turpiter sua perdit, qui acces-
ptis dei donis, sanitate corporis, pulchritudine, di-
uitiis, ratione &c. contra datorem abutitur. Is fas-
mem patitur, quando reuelatur peccatum, et con-
scientia ceperit urgere, tunc siliquis. i. doctrinis de-
moniorum et traditionibus humanis querit libe-
rari. Non saturatur, sed deterius habet, adhuc est
in regiōe tenebrarū, donec ad panes patris reuertit̃

3 Non nostrum est, quod reuertimur. Cum ad-
huc inquit longe esset &c.

Hiere. xv

4 Hic obliuiscitur dicere quod preinstituerat.
Fac me sicut vnum ex mercenariis &c. Qui vere
a patre intus suscipitur vt filius, nō cupit esse mer-
cenarius, sed omnia conscientia misera, promitte-
bat ante se facturū, nescio quē, sicut fit. Tunc enī
vere cognoscit omnia ex gratia sibi offerri, et nul-
lo merito. Mercenarij sunt iustitiarj.

5 Cito pferte &c. Nihil tardat pater. Stola pri-
ma. i. fides quā perdiderat. Annulus signū fidei,
charitatis opera. Calceamēta, cursus in euāgelion
predicādum, Ephe. vi. Vitulus, Christus occisus.
Symphonia et chorus, pax & gaudium conscien-
tię. Summa, Iudei hypocrite. Gentes peccatores.

6 Hypocrite odio habent dei iustitiam, et con-
demnant peccatores, sequentes euangelion, nullo

G ij

merito susceptos, Insuper hoc sentiunt, sed falso
hypocrite.

7 En tot annis seruo tibi &c. Et nūquam dedis-
sti mihi, quia nūquam verum gaudium domini
in conscientia sentiunt, sed solantur se arrogatiōe
sanctitatis operum, quę tamē cadat necesse est, in
tentatione et morte.

FERIA SECUNDA post Oculi.

Quanta audiuius facta &c.

Luce quarto cap.

1 Christus ostendit se a gentibus suscipiendum,
et gentes prefert.

2 Hypocrisis non sinit se suaq; condemnari, &
violentiā vtitur, vbi se videt scripturis superari,
quos res ipsa declarat, homicidas in corde esse,
quę sibi sanctitatem arrogant.

3 Iesus autem &c. Fideles sciunt omnia esse in
manu dei, et sciunt mūdum furere &c. ante horā
nihil facient nostri aduersarij, cum deus voluerit
quid fugiam?

FERIA TERTIA POST OCULI

Si peccauerit in te frater tuus &c.

Matthei. xviii. Cap.

1 Excōmunicatio ecclesiastica, quā hodie igno-
rant, excōmunicati illi excōmunicatores, qui pro
suo lucro, tradūt animas Sathanę, quas Christus
suo sanguine redemit.

2 Quęcunq; alligaueritis &c. Vides ecclesię traditas clauas, ne quis cōtemnet Iudicium ecclesię, si habeatur pro ethnico et publicano, Timeat hoc quicunq; post has monitiōes excluditur, vel a duobus fidelibus, Nam hodie ecclesię publicę faciem non videmus, vt liceat nobis isto iure publice vti.

3 Iterum dico vobis &c. promissio magna ihs, qui consenserint in hac promissione, Ego audeo confiteri fratri peccata mea, et communiter orare cum eo pro peccato meo, et certus sum, quod dimittitur, quia dicit, de omni re, quamcunq; petierit &c. Sed non debeo inde alijs facere preceptum confitendi.

4 Semper iniuriā quantacunque, est condonanda fratri, alioqui non donatur nobis.

FERIA QVARTA post Oculi.

Quare discipuli tui trāsgrediuntur &c
Matthei. xv. capitulo.

1 Egregius locus contra traditiones hominum

2 Opera infidelitatis damnāt, non res externe, 1. Tim. iij
quas creauit deus ad vtendū cum gratiar; actiōe. Psal. 118.

3 Omnis plātatio et c. Oīa p̄tereūt p̄ter dei verbū

4 Cœci, duces cœcorum &c. Aduerte quoque quid dominus quoque damnet in Esa. quia trepidant et timent quasi deum, ad has traditiones dicens, Timuerunt me mandatis hominū. G iij

Esa. xxxix

FERIA QUINTA.

Operamini cibum &c. Iohan. vi.

- 1 Cibus CHRISTI, et opus dei, est credere in CHRISTVM.
- 2 Caro hunc cibum non intelligit nisi carnaliter
- 3 Manna non iustificabat, fides iustificat.
- 4 Manducas et bibis Christum dum credis, ut maneat in eo, et ipse in te.

FERIA SEXTA.

Venit Iesus in ciuitatem Samarię Iohan. iiii

- 1 Hic Christus describitur fugiēs, fatigatus, esuriens, sitiens, ut hac imagine consolemur nos peccatores, quia talem habemus principem.
- 2 Gentilis et adultera quanta modestia suscipit et docetur, occasione vtrunque accepta. De fonte viuo. i. fide que salit in vitam eternam.
- 3 Certe phariseus hanc ne vita quidem dignam iudicasset. Vnde ipsa ait. Non conueniunt Iudei samaritanis &c. Hic gentium vocationem significat, hic se consolentur peccatores, qui se peccatores agnoscunt.
- 4 De adorando in spiritu &c. Tales pater querit ergo carnales adoratores non vult, qui est externus ille et fictus dei cultus.
- 5 Christus esurit salutē peccatorū, nō querit sua
- 6 Prophetę laborauerunt, credentes promissionibus nondum exhibito Christo, verbū dei et sc

men primi acceperūt. Iam omnia parata sunt. que
ipsi expectauerunt. Ipsi predicauerunt ventura,
vos exhibetis presentia.

SABBATHO.

Perrexit Iesus in montem Oliueti. Iohan. viij.

- 1 Non prohibet Christus plecti adulterium.
- 2 Sed suo officio surgens, ostendit omnes esse peccatores.
- 3 Lex exigat pœnam. Euangelion condonat omnia ex corde resipiscentibus.
- 4 Verum, deus solum nouit qui ex corde resipiscunt. Ergo legis ministris manet integrum ius gladij, quantumcūque resipiscant peccatores vel malefactores corā deo, nisi spiritus in ministris legis aliter iudicauerit, vt parcatur illi, cui etiam parca comunitas &c. Hic ministri vtantur sua libertate lex non cogit eos.

FERIA II. POST LETARE.

Prope erat pascha &c. Iohan. ij.

- 1 Quid aliud hodie est ecclesia quam clericorum mundinatio?
- 2 Cultum dei vocant. i. Timoth. 4. Estimantes questum pietatem, sed CHRISTVS eos eiecit e regno suo.
- 3 Et hic aliud signum non accipiunt quam Iong prophete vt supra.
- 4 Non credebant &c. Exemplum, ne pernitias

1. Cor. ij

mus nos iudicijs hominum, qui etiam nescimus
quid sit in homine.

FERIA III. POST LETARE.

Cum iam dimidium festi Iohan vij.

Esa. 54

1 Quomodo hic literas &c. Caro non aliam sapi-
entiam nouit quam humanam, spirituales autē
sunt theodidacti.

2 Nemo cognoscit Euangelion esse verum, nisi
qui quesierit obsequi voluntati patris.

3 Gloriam suam nō dei querit, qui sua predicat,
et docet humana somnia, siue verbum dei sine spū.

4 Hypocrite simulant legem, et non faciunt, et
condemnant libertatem Euangelij.

5 Sicut Iudei dicunt se scire vnde Iesus sit, et non
eum esse Christum, Sic et hodie dicunt hypocrite
se scire Euangelion, et tamen Euangelion non ius-
tificare, hoc est, Euangelion non esse Euangelion
et Christum non esse Christum.

6 Nondum hora &c. vt supra.

FERIA QVARTA.

Præteriens Iesus, Iohan. ix.

1 Ratio sic argumentatur. Hic patitur, ergo est
peccator. Illi omnia bene succedunt, ergo est deo
chârus. Argumentum amicorū Iob per totum fe-
re librum.

2 Christus autem ait, crucem imponi nobis ad
gloriam dei, Donec

3 Donec dies est, i. donec appareo in mundo per
Euangelion. Venit nox, s. dum non apparebo, vbi
non predicabitur, tunc nemo poterit operari ope-
ra dei.

4 Luto credo legem significari, quę indicat cęci-
tatem, non aufert, donec verbo Christi lauentur,
baptismo spiritus. Nam cęcus, omnes nos signi-
ficat natura, et a natiuitate carnis cęcos esse,
quę cęcitas cedit in gloriã dei, dum ex mera gra-
tia nos illuminatos agnoscimus. Aduerte obediẽ-
tiam cęci. &c.

5 Confitetur et predicat intrepide Christum be-
nefactorem, quis fuerit, vnde excommunicatur,
et blasphematur eius verbum.

6 Nos scimus quod Mosi locutus est &c. Hęc
est grauis tentatio, dum ratio verbo dei, verbum
dei opponit

7 Tentatio facit vt propius **CHRISTVM**
agnoscamus.

8 In iudicium et c. Matth. xi. Abscondisti hęc a
sapiantibus &c. Esa. vi.

FERIA QVINTA.

Pater meus vsque modo operatur &c. Iohan. v.

1 Qui damnatis meum opus in sabbatho, dam-
nate et patrem qui nunquam operari cessat, pater
et filius vnius sunt voluntatis, et eadem operantur.

H

2 Reliqua in Euangelio pro defunctis,

3 Locus de sabbatho.

FERIA SEXTA.

Erat quidam languens Iohan. xi.

Rom. v

1 Mors, et omnia mala, inflicta sunt nobis propter peccatum.

2 Promissus erat Christus, ut a talibus liberaret

3 Deus vult in nostris malis glorificari. Consolatio resipiscentium.

4 Bona opera facimus, dum crucem nobis a deo impositam ferimus.

5 Lapidare &c. Infirmi- tatis apostolorum exemplum, ad nostram consolationem.

6 Nonne duodecim horę diei &c. id est tempus mei ministerij, non perdurabit. Significat illum esse in luce, et non impingit, qui sequitur suam vocationem ut cunque impedire nitatur mundus.

7 Ut credatis ergo ut glorificetur &c. Item de cæco nato.

8 Moriamur. Hęc est confidentia nondū tētari.

9 Fides Marthę sicut Petri. Matth. xvi.

10 Euangelion. Ego sum resurrectio et vita, qui credit &c. Ista est summa summarū huius historie.

11 Infremuit &c. Indignatus aduersus regnum mortis, quod venerat destructurus.

12 Omnia agit et iubet Christus, quo exerceat

fidem duarum sororum et discipulorum.

13 Ego autem &c. Fides semper auditur.

Rom. x

14 Verbo Christi suscitantur mortui. Doctrinæ hominum hic nihil possunt.

SABBATHO.

Ego sum lux mundi, Iohan. viij.

1 Sine Christo omnia esse tenebras, nihil intelligi aut recte iudicari sine hac luce. Quid ergo nobis cum traditionibus humanis? Quid cum consuetudine? Quid cum Francisco et Augustino? Quid cum iustitijs operum? Mundus in tenebris est, quæ quid nostrum est, damnatum est sine Christo.

2 Hypocrite patrem deum ignorant, quem tamen maxime videntur colere, quia Christum dei iustitiam esse non credunt, etsi credere se dicant, tamen mentiuntur, quia factis negant, id est, alia via querunt salutem Tit. i.

FERIA II. POST IUDICA.

Adhuc modicum tempus vobiscum sum Iohan. viij.

1 Adhuc. i. nondum venit hora mea, ut me capiat. Consulatio, quod ante horam a deo constitutam nihil fiet nobis. Vbi vero venerit, certi sumus, quod hæc contingunt nobis bona patris voluntate.

2 Hypocrite verba Christi ignorant. Contra Iohan. xiiij. viam scitis &c.

3 Euangelion, si quis sitit veniat ad me et bibat.

H ij

Qui credit &c. Si quis sitit iustitiam, si quis in se non inuenit iustitiam. Consolatio maxima peccatoribus.

FERIA. III.

Ambulabat Iesus in Galilea. Iohan. vii.

1 Fuga Christi, ne temere nos committamus et obijciamus morti, dum nō opus est, ne cadamus. Ceterū vocatio dabit occasionē, quando veniet hora nostra.

2 Fratres sunt consanguinei et ciues eius Iohā. sui eum non receperunt.

3 Vides hic carnis nullam prerogatiuam.

4 Tempus meum &c. Vos vultis glorificari in carne mea et mundi queritis gloriā, ad quod semper tēpus habetis in mundo, ego non possum ante tempus glorificari.

5 Quidam dicebant &c. Natura Euangelij ista parit.

FERIA QUARTA.

Facta sunt Encœnia. Iohan. x.

1 Encœnia, dedicatio ex institutione Machabeorum, non ex lege.

2 Loquor &c. Verbo meo non creditis, quia nō veni terrenus rex, qualem Messiam speratis.

3 Deus testificatur per opera, de Christo, et adhuc testificatur in corde Rom. vii.

Ioan. vi

4 Euangelion. Oues meę vocem meam audiunt.

Singula verba sunt tractatu digna.

5 Consolatio maxima. Oves Christi perire non possunt.

6 Locus de diuinitate Christi.

FERIA QUINTA.

Cum audisset quidam de turba Iohan. vii.

1 Natura Euangelij facit dissentionem, Num a Galilea &c. Etiam scriptura producitur contra Christum, tanta obstant ne credatur.

2 Nunquam sic &c. Tam potens est dei verbū et efficax, vt etiam increduli fulgore huius lucis terreant. Sicut et hodie (Christo gratia) videmus

3 Nunquid ex principibus &c. Testimonium sibi suę reddant cœcitatís. Sua enim sapientia perierunt, dum vulgus, stultum iudicant esse.

4 Nicodemus, testimonio est contra illos, etiam ex principibus quosdā credidisse, Iohan. iij. & xij.

FERIA SEXTA.

Collegerunt pontifices Iohan. xi.

1 Hoc consilium quoque est in concilio congregatis. Timemus perdere populum, honorem, pecuniam, scilicet si predicabitur Euāgelion sic omnes credent.

2 Prophetia Cayphę.

3 Iam destinata est malicia in mortem Christi, audito Caypha, q̄ iam penitus occupauerit corda eorum Sathan, sicut de iuda legis.

H iij

4 Non palam &cē. Noluit se obijcere mortī
Luc. xxij ante horam, vt supra.

SABBATHO POST IVDICA

Et in profesto Ascensionis

Pater venit hora &cē. Iohan. xvij.

1 Venit hora, scilicet, vt glorificer per mortem,
et redimam quos mihi dedisti.

2 Clarifica, scilicet resurrectione, Clarificat resur-
rectione per orbem.

Rom. 1 3 Euangelion, hęc est vita ęterna, quid ergo
opus est alia cognitione.

4 Priusquā mundus &cē. Ad p̄destinationem
pertinet, sic et nos. Ephe. 1

5 Manifestaui &cē. Exponit quod dixerat, cla-
rificaui te. &cē.

6 Christiāi nō sunt mūdus, Sed tamē in mūdo
.i. periculo, ergo opus habemus p̄tifice Christo
qui intercedat apud patrem, Sicut hic facit.

1. Tim. ij 7 Sanctifica eos. i. tuos. Segrega eos tibi in ve-
ritate. i. in verbo.

8 Non pro eis autem rogo &cē. De nobis p̄s-
dixit et orauit patrem.


9 Vt omnes vnū sint &cē. Gratia euangelica
hęc est, qnā mundus capere non potest, Est enim
opus dei patris hęc vnitas. F I N I S


Poru 2
19 2657

II

(X 2205764)

nc





POSTILLATIO IO
HANNIS BVGEN-
HAGII POMERANI
Episcopi Vuittenbergensis
in Euangelia, vsui tempor-
& sanctorum totius anni ser-
uicia. Ad preces GEO R-
GII SPALATINI
Ducalis Sacellani

scripta,
Habeshic & concionū &
meditationū copiosissimā
sylvam, quisquis es, cui
cordi est pietas.